



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 7. Delphini Nuntii oratio in hisce comitiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

sidebant, eosque aliquantulo remotior
sequebatur Brandenburgici Electoris Ora-
tor, tum vero reliqui in diversis Sedi-
bus suo quisque ordine, ac dignitate
sedebant Legati. His igitur Nuntii
Papæ literas, necnon diplomaticis, quo
Synodus indicebatur, apographum tra-
debant.

Sæcul. XVI.
A. C. 1561.

§. VII.

Delphini Nuntii oratio in hisce co- mitiis.

Porrectis hisce literis, cunctisque con-
sidentibus Delphinus ceteris prior
hunc in modum perorare cœperat, ac
præprimis breviter iis, quæ in Diplo-
mate continentur, recensitis caffas
Pontificem ad celebrandam Synodum
impellentes enarrabat, tandemque hæc
subjungebat: „Pius IV. summus Ponti-
„fex intra charitatis suæ viscera inly-
„tam Nationem Germanicam semper
„complectens vehementi desiderio illius
„concordiam, ac tranquillitatem exoptat;
„eapropter nos duos ablegavit Nun-
„tios, qui Principes hortaremur, roga-
„remus, stimularemusque, ut & ipsi
„huic negotio adlaborare velint, cum
„certum sit, cuncta in Concilio cum
„summa pace, mansuetudine, ac cha-
„ritate peractum iri: insuper id in hac
„Synodo tantummodo curandum, ut
iis

Pallav. l. 15.
c. 3. n. I.

Sæcul. XVI. „iis comprobatis, quæ approbari fas
A.C. 1561. „est, damnatisque, quæ damnari opor-
 „tet, schisma tanto jam tempore Ec-
 „clesiam scindens tandem tollatur, at-
 „que unitas restituatur. Studeant proin
 „Sacri Romani Imperii Principes tam
 „pium hoc opus promovere, missis ad
 „Synodum Procuratoribus suis, cum
 „paratus sit Pontifex publicas illis se-
 „curitatis literas, quam maxime amplæ
 „unquam dari possunt, impertiri, ut
 „dissidia, quæ Principes tamdiu jam
 „collidebant, sedentur, una persistat
 „fides, suusque Ecclesiæ splendor red-
 datur.

§. VIII.

*Alia Commendoni oratio in eodem
hoc Conventu.*

Pallav. cap. 7. **A**bsoluta Delphini oratione Commen-
 num. 2. **Flechier vie de Commend.** donus verba faciens hæc Principi-
 bus exposuit: „nullum tempus cele-
 p. 127. „brando Concilio magis opportunum
 „videtur, quam illud, quo pax inter
 „Hispaniam, & Franciam restituta vi-
 „get: insuper Deus Ecclesiæ suæ talem
 „concessit summum Pontificem, cui uni-
 „cum studium, ac sollicitudo in eo sita
 „est, ut Dei cultus reparetur, ac Re-
 „ligio suæ integritati restituatur: si vero
 „nonnullæ corruptelæ fidei Christianæ
 „dignitati adversantes in publicos ritus
 irrepse-